



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 33. Navarræ Rex, & Condæus Princeps per Papæ Bullam anathemate  
percusu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

gali in Gallia opibus paulo ante Romam Sæcul. XVI.  
 ipse receperat, hoc negotium deman- A.C. 1585.  
 illata dabat, quo ultiro, citroque commeare  
 a Pa- coacto tandem Principes, Aulæque  
 at Pi- Franciæ Ministri Regem hortabantur,  
 Pon- ut Papam placare satageret, ac quic-  
 ripse. quam de sua auctoritate remitteret,  
 imo ipse etiam Estensis Cardinalis, qui  
 opportunè cum ceteris Cardinalibus de  
 reddenda concordia agebat, rem ita  
 decidi curabat, ut Pisano Romam red-  
 eunti Papa circa res gestas aliquatenus  
 satisfaceret, vicissim vero Rex Nun-  
 tium antea nominatum admittere tene-  
 retur: itaque Nazarethanus Archipræ-  
 sul ad Aulam contendit, ubi præter ex-  
 pectationem Regis, qui hunc Præla-  
 tum nimis aperte Fœderatis patrocina-  
 turum suspicabatur, Nuntius et si  
 alias toto legationis tempore vehemen-  
 tioris indolis esset, summa modera-  
 tione utebatur.

### §. XXXIII

#### *Navarræ Rex, & Condæus Princi- pes per Papæ Bullam anathe- mate percussi.*

**H**æc dissidia longe minoris erant mo- *Maimb. hist.*  
 menti, ac severitas illa, qua idem *de la ligue*  
 summus Pontifex Henrici Navarræ Re- *l. 3. p. 83.*  
 gis, & Condæi Principis apostasiam *Journal de*  
*Henri t. I.*

U 5

ple- p. 78.

**Sæc. XVI.** plectebat; quippe id, quod Pater Mat.  
**A.C. 1585.** thæi Jesuita post tot itinera Romam suscep-  
ta a Gregorio XIII. obtainere haud  
poterat, tandem a Sixto V. impetratum  
fuerat; hic enim Pontifex vix ob-  
tentio Sedis Apostolicæ folio mox au-  
toritate Apostolica sacrum fœdus con-  
firmabat, atque in pleno Purpuratorum  
confessu contra utrumque Principem,  
qui ambo Calvinianæ factionis in Fran-  
cia Duces erant, Constitutionem pro-  
mulgabat, qua severior hucusque nun-  
quam edita est. Erat hoc diploma a vi-  
ginti quinque Cardinalibus subscri-  
ptum, ac die nona Septembris editum,  
quamvis nonnisi exeunte eodem Mense  
Parisiis publici juris fieret: Pontifex  
ibi præprimis potestatem, ac Pontifi-  
ciam auctoritatem ultra legitimos limi-  
tes extendens (\*) subjungit, quod sui  
Ministerii officio adactus gladium Apo-  
stolicum adversus duos iræ filios strin-  
gere cogeretur.

*Mem. de la  
Lig. tom. I.  
p. 343.* Postea in utrumque Principem inve-  
ctus, præprimis de Navarro Rege hæc  
referebat. „Hic, cum Calvini errores  
„a puero imbuisset, ac tandem Caroli  
„Regis, Catharinæ Reginæ ejus Ma-  
„tris, Cardinalis item Borbonii, &  
„Mon-

(\*) Uti Continuatori, eique similibus vi-  
detur.

„Monpenserii piis, & assiduis monitis **Sæcul. XVI.**  
„adhibito doctissimorum Theologorum **A. C. 1585.**  
„colloquio melius instructus in Cath-  
„edrali Parisiensis urbis templo erroreſ  
„publice abjurasset, seque minime in  
„veritatis ſemita procedere ipſus agno-  
„viſſet, & propterea religionem Catho-  
„licam Romanam professus eſſet, & ut  
„ratum id haberet Gregorius decessor  
„meus, honorificam legationem ad  
„eum, tanquam supremum Ecclesiæ  
„Catholicæ caput, miſiſſet, ideo præ-  
„fatus Pontifex a ſupra memoratis per-  
„ſuafus, cum ſerio pœnitentem, & ex  
„animi ſententia Navarrum Regem age-  
„re putaret, ei a bſolutionis beneficium  
„impertivit, ac in fidelium communio-  
„nem eum recepit, & de vinculo affi-  
„nitatis, quod nuptiis ipſius, & Mar-  
„garitæ Regis ſororis impedimentum  
„afferre poterat, gratiam fecit, ſed  
„poſtea levitate, ſeu malitia iuſita ab  
„aula diſceſſit, & rurſus in primos erro-  
„res relapſus, a fide Catholicæ, & obe-  
„dientia Sedi Apoſtolicæ debita deſci-  
„vit, & conuentu publico iudiſto, quo  
„ſceleratiffimi quique Sectarii conflu-  
„xerant, fidei Catholicæ professionem,  
„quam Lutetiæ fecerat, revocans rur-  
„ſus Calvini doctrinam amplexus eſt,  
„ſeque Sectariis ab eo tempore ducem  
„præbuit, atque exercitus exteros  
„contra

Sæcul. XVI  
A.C. 1585.

„contra Regem sororum in Regnum  
„induxit, cultumque antiquum ubique  
„profligans, omnia ferro denique, &  
„fanquine miscuit: præterea Condæus  
„Princeps ex Patre, & Matre Sectariis  
„prognatus in eodem errore a teneris  
„annis perseveravit, donec eadem,  
„qua Navarrus, ratione melius instru-  
„ctus religionem Catholicam, & ean-  
„dem gratiam a Gregorio XIII. sibi fa-  
„ctam, amplectetur: verum pariter  
„ab ea mox defecit & paternis vestigiis  
„insistens externos Sectariorum exerci-  
„tus ad Regnum invadendum introdu-  
„xit, templisque exscoliatis, Sacerdo-  
„tes ubique jugulari præcepit, substi-  
„tutis in eorum locum impiis sectariæ  
„doctrinæ, quam profitebatur Pastori-  
„bus. Hæc cum omnibus publice ma-  
„nifesta, ac nota sint, & mihi abunde  
„de iis constet, stricto ultionis contra de-  
„testabilem hanc, & spuriam illustris  
„adeo gentis Borboniæ generationem  
„gladio, Navarrum, ac Condæum tan-  
„quam Sectarios, & in errorem rela-  
„pfos, sectariorum fautores ac defen-  
„fores publicos, ac manifestos, divinæ  
„que Majestatis reos, & fidei Catholi-  
„cæ hostes proscribo, & declaro, quod  
„Navarrus quidem omni jure, quod  
„in Navarræ regno sibi competere  
„contendit, & ea illius parte, quam  
nunc

„nunc occupat, simul & Bearnī prin- **Sæcul. XVI.**  
 „cipatu exciderit, Condæus autem, **A.C. 1585.**  
 „& utriusque Successores omni prin-  
 „cipatus, & dignitatis jure in præsens,  
 „& in posterum pariter exciderint: in-  
 „super indignos esse ipsos, & eorum  
 „Successores, qui in ullum principa-  
 „tum, ac speciatim in regnum Fran-  
 „ciæ succedant, hac sententia pronun-  
 „tio, atque subditos obsequii Sacramen-  
 „to solvo, ac denique, tum Regem Chri-  
 „stianissimum hortor, ut memor juris-  
 „jurandi in inauguratione præstiti om-  
 „nia sectarum semina extirpet, hanc-  
 „que sententiam executioni demandari  
 „jubeat: insuper Archiepiscopis, ac  
 „Episcopis præcipio, ut exempla ejus  
 „sententiæ, simul ac in manus eorum  
 „devenerint, per totum Regnum pub-  
 licari current.

### §. XXXIV.

#### *De Fato hujus Bullæ in Galliis.*

**H**oc diploma Romæ die vigesima pri- **Thuan. l. 82.**  
 ma Septembbris promulgatum, ac **Mex. abregé**  
 publice affixum postea ad Cæsarēmit- **t 3. p. 314.**  
 tebatur, petente summo Pontifice, ut **¶ 315.**  
 Imperator pro sua auctoritate curaret,  
 ne Protestantes Principes hujus senten-  
 tiæ executionem præpedire moliren-  
 tur: verum Cæsar non multum desuper  
 sollicitus videbarur: in Galliis vero fœ-  
 derati